

Ceterum ut maximus iste atque utilissimus patris successus complurium Bratarum, propter tot coronas Poetas et poëtrias piceas, ingenio stimulauit, et pro virili nona aliquid ad angustas Victoris pedes deponere conatus est, expectant plerique, me prosceneta, Quid retribuere Dominus. Inter eos ut reuera quidem non sis, apud me sic censeas, ut cui ultra, nec opinanti offerendum sit, quod miselli quidam putidique assentatores, quasi bene meritis tribus manibus prensitare gestiunt. Quid tui futurum sit securi labore. Tui quam oportet rationem haberi, uti habeatur, mihi impono. Sed intueri te vale tudinem Principis rogo, et hanc more non affectata causam, in benignam partem accipere. Cum vocabulo valetudinis, tuæ recodori, quam dolenti sane mihi xi $\sigma\upsilon\pi\tau\acute{\alpha}\chi\omicron\nu\tau\epsilon$ vacillantem nuncias. Erige verò te mi Amice, et atram illam Hypochondri nomenclaturam, si potes est, ex animo dele. Fortasse nimirum Anatomia peritus per momenta mali sollicitus ambulat, quod ignari obiter patiuntur, et leuiori suo vel damno vel terriculo. Summa est, ridendi et jocandi argumenta con querenda sunt; hæc in Wicquefortii et aliorum hospita litate non dubie inuenies. ad illa si quid me conferre pateris, inspice quos hic addo, insipidae venæ mee, sed nari quo fato, aliquos hic in prætic factus, et ridebis nisi indignari stolidi Auseris audaciam inter vos olores. Latet aliqui penes me festiuariis argumenti, et quod pertinacissimas obstructions domet, sed ad productionem, quod pene vix non committere toto deliberationis genere deducendus sum. Experire an hic valeas quod in demonstratio. an valeas autem hoc primum scribe, et me ama de te serio sollicitum. 21. Decembris 1637.

Renorio.

Peto a te Vir Doctissime, ut Clepsidra sive Horologii ⁽²⁵⁷⁾ cuius aliquando mihi formam rudicalamo designasti, aliam deueno, sive tuâ sive peritioris manu expressam transmittere velis. prior enim illa, inter schedas nimia meâ incuriâ vel curâ disparuit, ut peccant securæ nimirum sollicitæque manus. Tu autem duplici benefi me denuncies, qui sum

19. Dec. 1637.

Tunis
C. H.

C. Huygens